TRANQUILLI LILIANI CARMINA, et EPLÆ

Ex Autographo lacero, et ferè illegibili, et acqua, et situ marcido apud Nobb: Suardos Utinen.

Ad Jo. Petrum Abstemium.

. . . .

Somnium.

Optarent aliquam cum jam mea fessa quietē
Membra, altus mentē coepit adire sopor;
Phoebus adhuc nostras non perlustraverat oras
Lumine, lustrabat nostraq. Luna loca.

desunt

Pauperiem paterer, parvo contentus et essem,
A jove commemorans, tu meliora feres.
Hec postquam effatus, subito cum voce recessit
In tenues auras, et data lecta petens.
Deseruitq. pater me flentem, et multa conantē
Dicere . . . .

τελος

Infelix quodam decedens crimine ab Urbe,
(Nam scij culpæ causa fuere meæ)
Et vagus externos agros, atq. arida prata
Cum peterem . . . .
Constitit ante oculos, ausim non dicere, Numen
Verba ore effundens numine digna suo:
Unde venis? rursus mi, cum rursusq. rogavet;
Quove sic properans tu pede tendis iter?
Sed mora cur tanta est? omnes jam pelle timores,
Nate, mihi dic; cur haec loca occulta petes?
Responsa dedi, cognovit et ipse vagarer
Cur, causam erroris quiq. dedere mei.
Hoccine, Nate, movet? dixit. Pete protinus Urbē,
Aptaq. nūc studijs tempora perde tuis.
Hoc tua fert ætas tenera haud, succumbe labori,
Non teneris annis convenit iste labor.

deest distichon

Consilijs pare, quæ do tibi pectore fido,
Incumbe et studijs, moribus atq. bonis.
Sic monuit, taliq. est mecū voce locutus,
Quo sequerer recto limite sæpe docet.
Tunc ego permagnas egi illi pectore grates,
Obsequor et dictis, consilijsq. suis.

τελος.

Ad Regē Gallorū

Classe majorē properas parare
In dies quā, Rex pelago vehendū
Carolū in clarū, venetosq. . . . .
usq. potentes.

deest stropha

Gloria quanta, magis et decorū
Esset, et quanto melior fuisset,
Durū in infidos acuisse ferrū,
Marte favente!

desunt.

Ad Jo. Baptā Lilianum.

Care mihi vita mage, ne mirere dolorem
Vel capias, desint si mihi verba diu;
Omnia namq. mihi te certè indigna subibant,
Postquā sunt morbo membra soluta meo.
Sic magis in dies crescebant pectore . . . . .
Et dolor urebat pectora nrā gravis

desunt

Nec nunc est quicquā, quod sit te . . . .
Sed vale præsidiū, dulce decusq. meū.

Ad Cynthiam.

Cynthia quid garis, duris me è cautibus ortū,
Quidve feram loqueris me genuisse Leā.
O utinam hæc tua verba essent vera oīa, ocellis
Namq. tuis captus, me repugnante, fore.
Nec puer auratis manus est cui plena sagittis,
Vulnere lætisset pectora nostra gravi;
Nec promissa mihi toties renegata rogarem,
Nec tua me facerent dulcia verba pios.
Non cautū, alter adest mihi cum rivalis, amorē,
Contra ego quem cogar sumere tela manu.
Quin ego crudelis sequerer vestigia Thesei,
A quo Ariadna fuit sola relicta feris.
Impia et Terei superarē facta superba,
Qui linguam Progne sustulit insidijs.
Hinc factū possem nostrū memorare Poeta,
Et calamo chartas tingere, crede, levi.
Vatibus ast simus ne tanti causa laboris,
Fac ut tu doleas talia fata precor.

Epitaphiū in morte Rdi. D. Jo. Ant. Rubei Epi

Hic situs est Rubeus, qui jure peritus utroq.
Consilijs patriæ ferre solebat opem.
Qui pius in miseros fuit hic, quod denīq. . . . .
Vitam, et cum quantā laude, et honore fuit.

Non

Non hoies tantu lacrymas e pectore fundunt
Hoc fato, sed sunt Numina mæsta . . . .
Phœbus et auricomos radios pro tempore . . . .
Condidit, atq. suis fletibus auxit aquas.
Quin flavus cursu Tyberis mutavit, et . . . .
Omnia corripiens abstulit innumera
. . . .
Quam fuit augusti Cæsaris ante necem.
At cessent fletus, cessent . . . .
Jamq. abiant gemitus, verbaq. mæsta procul.
Tendit ad Elysios campos, monimenta reliquit
Ipse sui, semper commemoranda viris.
Quid lacrymas tantas nequicquã funditis? . . . .
Desinite. Hic vivit, syderaq. alta tenet.

Ad Jo. Petrum Antonium.

Non Philomela, suo vario quæ carmine mulcet,
Conqueritur, mœstas sic fundit pectore voces;
Ac ego, qui crucior diesq. noctesq. dolore
Conficior summo, nec morti proximus est cum
Albus olor, nostras curas superare videtur;
Nec qui, crede mihi, sitiens labentia labe
Flumina, et esuriens captat fugientia poma;
Threicius . . . . . Orphæus sic anxius illa,
Eurydice ammissa rursus, rursusq. vocata.
Assternj, ingentis sed quæ est mihi causa doloris?
Hei mihi, vix dico. Iste meus discessus. Et hoc cur?
Quod mihi sæpe tuo ad virtutes accendier ore,
Non detur, ut licuit. Felix ego tempore in omni,
Nec magis ullus erat felix, dum contigit ipso
Verba tuo mihi mellifluo venientia ab ore
Participere. At quismã nunc infelicior, et . . . . ?
Est miser, et magis, majoriq. dolore gravatus?
Namq. abitus gemini gemini mihi causa doloris.
Sed quidnam restat, quod me soletur in ipsa
Nunc animi cura? . . . .

desunt

Sed cur hæc memoro? novisti si optimè dudum.
Unde, ego sed redeo, discessi ad Carmen, iniquus,
Et gravis iste fuit discessus, ferre libenter
Quem cogor tamen, atq. oẽs deponere curas,
Cum mihi non liceat ferre hæc vestigia retro.
At maneam jussis hic, imperijsq. paternis.
Ergo vale, quæso Pater, et me dilige semper

Ad Amicã fugientẽ.

Quid te, dum sequerer fugientẽ, sim æquore passus,
Tu ro=
gitas, heu! sis non satis ulta mihi.

desunt

Usq. mihi ante oculos tua versabatur imago,
Sub cujus forma nigra venena latent.
Huic dare cum vellet amplexus, clavumque tenebã,
Affixusq. hærens oscula multa dabã.
Neptunus disjunxit equos, sed ubi æquora cursu
Cærula nec domuit, Pontus ubiq. furit.
Tunc huc, nunc illuc ego tempestate ferebar,
Confrons a venti turbine fertur aquis
Undiq. suscipimus cuncti, et vota parantur
Solvere, ne noceant Numina, dona Deis.

desunt

Ad Nicolaũ Carussium.

Quis puer mollis juvenisq. pulchra
Facta non laudat tua nunc per orbẽ?
Atq. non cœlũ penitus laborat
Tollere nomen?
Quis fides pulsans Cytharæ canoras,
Obloquens septem numerisq. voces
Fert tibi laudes meliora nostris
Carmina pangens.
Saphico quis te celebrat, virorum
O decus, quo nos etiam juvabat,
Ni meas vires tenues putassem
Pondus ad istud.
Mente sed cuncto posito pudore
Rectius tollam caput . . . . .
Ut mihi Musæ faveant, et unâ
Pulcher Apollo.
. . . .
. . . .
Nam tua est major, Nicolae, laude
Cæsaris illa.
Cum genus durũ potius domaris
Mitis existens, pius, atq. clarus,
Quam ferus, belli cupidus, quod extat
Causa doloris.
Cumq. sis fulvus celebri triumpho,
Et triumphali meritò corona
Ipse donatus fueris perenni,
Non sine plausu.
Quo bono casu tamen est cavendũ,
Ne tibi multũ tribuas, et extra
Te modũ tollas, cupiasq. ferri ad
Sydera laude.
Sæpe nam fallax refugit, premendo
Sors eos, quos jam tulerat, reditq.
Ipsa . . . .
. . . . Ad Petrũ Ru=

Ad Petrum Rubeum

Si ponto dubitas tendere lintea,
Nunc facto placido flamine prospero,
Iratum timeas quid si Aquilonibus?
Quid si prospiceres, aequora turbata,
Nunc puppes vehere ad lucida sydera,
Nunc cunctas atq. furens vertere subdite.
Quo semper solitus rebus in arduis,
Illo fac animo fortiter utere.
Nec te praebe pigrum, ~~est~~ pectore sit timor
omnis depositus. Fac age. gloria
Nam summa est homini, denique noster,
Quod fas, quaeq. licent experientia
desunt.

Ad amicos rura proficiscentes.

Ite felices, gelidosq. fontes
Quaerite, hic nobis, comites,
Quae levent curas, nimiumq.
Corde dolores.
Vina nec desint, veluti Falerna,
Nec dulcis Chius . . . .
Quaeq. sint apta ad leporem sequendum
Cogite in unum;
Et leves casses, quibus impediti
Fortiter grandes retinentur apri;
Ac simul turdis laqueos, amatam
Pinguibus escam.
Ut quod est cordi, faciat libenter
Quisquam, nec perdat penitus terendo
Hunc diem nobis bene preparatum
Munere Divûm.
Saepe pastorum juvat et palestras
Pana nos lectum, Dryadesq. . . . .
Versibus nostris cupimus ~~canendo~~
Dicere laudes.
Sic diem ~~totum~~ celebrando Divos
Fontium tum, tum nemorum sacrorum
Comptus en Phoebus refuget relinquens
~~et~~ Lumina nostra.
Nosq. tunc lassi repetemus omnes
Najadum fontes liquidos, ibiq.
Nostra tendemus nimio labore
Corpora fessa.
Sic reluctantes gelidus fovebit
Fluctus et nostros recreabit artus,
Omnibus sic sic steterit beatam
Vivere vitam.

Ad Jo. Baptam Lilianum patruum.

Anceps pietas senem in parentem
Non major fuit, ac tua in nepotes;
Hic latis humeris ferens redemit
Patrem, quod nimium haud senex humavit,
Nam confectus erat gravi senecta,
Nec vitae cupiens erat . . . . . .
desunt
Ac virtute virum decus putabas
Illustras, ubi tu vides, egestas
Sit, nec sufficiat brevis facultas,
Succurris proprijs bonis, manuq.
Larga das miseris, nepotibusq.
Ecquis te movet decus tuorum?
Non debes merito, facis sed ipse
Ultro, nec precibus sinis benignus
Ullum quippe locum. Ipse sed videbor,
Quaenam praemia contulisti e contra?
Nil promittere, nec referre possum;
Et tamen referam terendo cuncta
Hic in corde sita, et fatendo. Crede
Semper hoc faciam, tibiq. suadeo,
Donec spiritus hos tenebit artus
τελος.

Ad Dnum Francum Maninum

Haec quis carmina fecerit, legenda
Quae nuper data sunt mihi otioso,
Ignoro, tamen optimi poëtae
Sunt, me judice, lauream merentis.

Lymphae querela.

Eheu! me miseram, per arva, et . . .
Quae quondam pede libero fluebam
Recto tramite, nunc fluo impedita,
Clausam meq. tenent cavae latebrae.

Ad F. Luvisinum.

Carmina sic mea sic per te laudata videntur,
Illis ut possit vel superesse nihil.
Haud equidem miror. quamquam nec tanta merentur,
Nam facis, ut vitio des nihil, omne probes.
Atq. quo magis, alter qui es Cyllenius ore,
Inciter, accensus tunc bona capta sequar.
Tramitis, error inesse, primam breviasse fatemur,
Cum longa exemplis syllaba prima siet.
Sed nobis fuerat non sic in corde voluntas
Scribere, non illam reddere, crede, ...
Recto tramite, nunc fluo impedita:
Sic inerat menti scribere versiculum.

sed cau=

Sed causa fuit quædam, festinus cupido,
Ut caro patruo scripta legenda darem.
Nunc equidem admonitus Venusini carmine Vatis,
Intra annum nonum carmina nostra premam.
Sed quid me excusans te pluribus ipse morabor?
Me quod sic moneas, gratia habenda tibi est.

Ad eundem.

Cogit amor, tali sive es sub sydere natus,
Elloquio ut laudes me, Lucitine, tuo.
Quod licet haud merear, cum sit mea rustica Musa,
Sitque subiratus pulcher Apollo mihi.
Laudari cupio tamen abs te, ut Nævius Hector
A Patre laudato: Tu quoque . . . .
Gratia pro meritis nequeat cum digna referri,
Mente tamen memori . . . .

τελος.

Somnium.

Nox erat, et fagi sub tegmine somnus habebat
Me, cum Nympha oculos constitit ante meos.
Constitit, et tali visa est cum voce locuta,
Quod duplicans mira sæpius arte tulit:
Infelix tenera remanes quid nudus in herba?
Nam fugiens æstum gramine nudus eram:
Nonne vides quanti tibi sit sopor iste pericli?
Immensus dextrum nunc latus anguis habet.
Sibila qui linguis lambit vibrantibus . . . .
Ut meo stet referens candida . . . .
Sæpius hic caudam circum tua brachia torquet,
. . . . et effundit toxica ab ore nigra.
Quo vereor renovem ne . . . obscura virum
Threicius miserans . . . . Eurydicen.
At ego nec pulsare fides, nec docta canendo
Est mihi nec vatis fistula Threicij.
Atque rapax læva lupus hac in parte tetendit
Insidias magnas, ni tibi cautus eris.
Sed quid plura loquor? quid sum crudelis . . . .
Huic, qui preda jacet dilanianda feris.
Sit longe pudor multis servatus in annis,
. . . . et armata casta Diana manu
. . . .
Undis se maluit mergere in æquoreis.
Tuque rogo, in nostro optatus curre lacerto,
Corripe te somno, nox premit atra diem.
Lux mea, surge cito, ...
Amplius insidijs, quæ tibi certe manent.
Si te restituis vivum, mihi tempore in uno,
Crede, tibi fuerint corpora parta duo.
Sin nihil id curas, moriemur nos tamen ambo,
Amborum nostri prædaque major erit.
Ut monuit, posuitque suis finem ipsa querelis,
Nec potuit somno me prohibere gravi;
Extrema infelix hæc misit verba palato:
Ipsa prius moriar, quam mori . . . . . .
Et mora nulla fuit, ferrum per candida . . . .
Pectora facta sua sanguinolenta . . . .
Tunc ego surgo miser totus perterritus illic,
Ut video, medio turbine mortis eram.
Sed postquam vidi (nollem vidisse) cruorem,
Foedantem Nymphæ candida membra meæ.
Nec color in vultu, nec vox fuit ulla, rigabant
Ingentes lacrymæ vulnera magna Deæ.
Sed cum nil fletus, nil questus atque juvarent,
Accepi gladium, quo fuit usa, manu.
Quo mihi supposito costas transegit acuto,
Urnaque visa mihi est, nos habuisse duos.
Nunc igitur socij risus, cantusque movete,
Nympha immortali somnia facta mea.

desunt.

Ad Rmum D. Marinum Grimanum.

Clare Marine, canam te solum carmine, quamvis
Sit mihi cum magno res peragenda Duce.
Incipiam tamen. Infirmæ subsistere vires
At si non valeant, est voluisse satis.
Mortalem quemquam genuit non Jupiter ipse,
Qui te consilio vincat, et elloquio;
Nec quisquam in toto Romano cardine vincit
desunt
Et cum nulla tuis desit prudentia rebus,
In dando servas semper honore modum.
Sicque favet coeptis Grimani Principis Astrum,
Grimano ut fuit Principe tristo nihil.
Persicus ille suos thesauros esse ferebat
Hos homines tantum, quos . . . . . .
desunt.
Præsul et Albertus, magno qui incedit honore,
Tertius adest verus, tertius et Ægidius.
Prætereo reliquos, nec cunctos ordine pando,
Nam tantus numerus non sinit esse brevem.
At mage laudarint te in tota carmina laude,
. . . quod de proprijs das alimenta bonis.
desunt.

Ad Leonardum Cichinum.

Mi piget Autumni tempus deducere in urbe,
Me piget, sinceris dies, ruore fuisse procul.
Hic mi moneat pater est, et optimus alter
Et pater in studijs, qui meliora docet.
desunt.
Sed quid plura loquor &c.
desunt.

Ad Ricardum

Ad Ricardum Portunerium.

Musarum &c. . . . . desunt.

Calliopen tibi favet, et formosus Apollo
Cunctaq. Musarum, docte Ricarde, manus.
Hac patet: nulla tibi nam dono praemia poscunt,
Carmina sed tantum praecipiunt, et amant.

desunt.

Acephalum carmen, et mancum.

Nunquam foemina mitis, at superba,
Mutatur varias leviq. in horas,
Dives pollicitis, fide est avara;
Si servatq. fidem, facit timore.
Scylla saeva suum patrem fefellit,
Compos Pasiphae fuitq. voti,
Tauro dum satiavit haec amores,
Ledeamq. Helenam ferunt. . . .

desunt

Arcum spernite, ferreas sagittas,
Et quicumq. ferum sequuntur illum.
Non vos poeniteat, mihi obedisse.

Ad Leonardum Ci.

Nostras, ridiculum cano, per oras
Venit murmure multo edax locusta;
Instructo agmine, more praeliantium

desunt

Sic ut pars bona parta pro senecta
Absconderet humi ferens, et auri,
Argentiq. suo in sinu monetas.
Pars flebat, pede pars cito avolabat,
Natis, conjuge, patria relicta;
Luctus murmure clarius per arva
Audito miserae . . . .

desunt

Quaerunt quas lepores, cane insequente;
Ecquid belligeros, ita et potentes
Turbavit populos? quid? haec locusta.
Nec miros timuere si sacelles,
Insectum hoc avidum quidem timendum est.

Ad Petrum Rubeum

Cur torvis nimium aspicis meos ocellos &c.

desunt.

Ad Leonardum Cichinum.

Ah, quid te removet meis ocellis?
Quid ah spes mea, carior mihi ijsdem?
Ah quantum ferus ille, ferreusq;
Est, hic dimidium rapit bonorum,
Magnam partem animae rapit meae &c.

desunt

Ad Hieronymum

Ad Hieronymum Bernardum

Jucunda mihi sunt tuae Notellae,
Melle omni, Ambrosiaq. dulciores;
Verum quid meae sunt . . . . .

desunt.

Sed quid rem cupio laboriosam,
Dum te mi paro comparare laude?
Vellem nunc tibi gratiam referre,
Si possem; accipies tamen libenter
Integratum animum meum futurum;
TRANQUILLUM tibi deditumq. suade,
Qui tranquillior, et magis beatus
. . . . sibi perfrui liceret,
. . . . Eloquio tuo, et lepore.

Ad Albertum Episcopum maxime Rdum.

Epigramma.

Adventu plausere tuo juvenesq. senesq.
Laetitiaq. omnes signa dedere suae.
Oscula dum jungunt, dum gaudent fronte serena,
Dum te in pectoribus, cum reverentur habent.

desunt.

Bernardus ad Musas de Tranqillo Liliano suo.

Cingite Apollinea Vatis nunc tempora lauro,
Pierides, magnum surgit in orbe decus.
Candida Tranquillo donastis Lilia . . .
Tranquillus Latiae gloria prima togae.

Ad Dm Franciscum Maninum.

Qualis in Arcadio volucer Tegeaticus antro
In nemore Aonij Calliopea jugi;
Qualis in umbroso Vates Rhodopejus Aemo
Ad vada Meandri jam moriturus olor;
Talis es ad . . . . cum te calor Entheus . . .

desunt.

Nam te circumstant Musarum plurima turba
Aptantes nitidis laurea serta comis.
Jamq. dedere Venus, Juno tibi . . . .

Cohortatio ad Italiam.

Italia infelix fatorum ignara tuorum,
Et scelere, et vitijs, plenaq. criminibus.

desunt

Ecloga. Mopsus, Ergastus Pastores
est omnino illegibilis.

Eplā Tranquilli Liliani Raphaëli Cyllenio.

Cogitanti mihi sæpe de plurimis tuis, maximisq. erga me beneficijs, quidā interdū
obijciebatur metus, ne viderer diutiū. silentio ingrati, aut immemoris animi vi
tio laborare. Scripsi igitur ad te, non ut ista virtute, ista doctrina viro, gravis
simisq. occupationibus distracto rescribendi onus imponerē; sed ut certifica
rer tibi mirificū quendā amorē, et observantiā erga te meā; quam quidē
me tibi debere multis de causis existimo. Nihil n. mihi memoria eripiet illius
temporis, quo me Tulmetij erudiebas, et ad veræ virtutis laudē, atq. . . . . . .
commonitionibus tuis sapientiū. excitabas. Tum quidē, quantū . . . . . .
nunquā me poenitebit; nec a me gratiæ causa dictū putabis. Quis est n. tam
rudis, atq. imperitus, tamq. oībus excultus disciplinis, atq. artibus, qui imitatio
ne tui ad summā eloquentiæ laudē perduci non facilè posit? Sed illud sane
graviter, ac permoleste tuli, sic in me fortunæ vim esse conversā, ut à tua sa
pientia, ex qua meā gloriā capiebam, divelli penè cogerer. At æquū esse non
duxi, totū adolescentiæ meæ cursū in asperrimis montibus conficere; Nihil
erat præter humanitatē tuā, ac nonnullorū Civiū lenitatē, quod me istic re
tinere posset, quin alio facilè avocarer. Itaq. omnes meas cogitationes abhinc
bienniū ad celeberrimā n. Italiæ modo, verumetiā totius totius Orbis Terræ

Bernard.s Parthenius Ro
mas

Civitatem converti; in qua virū omnibus disciplinis, atq. virtutibus afflu
entē, oī genere humanitatis preditū BERNARDINVM PARTHENIVM
præcipuè florere audiebā, quo duce honestiū. scientiarū iter patere mi
hi non dubito. Ceterum oēs difficultates, atq. moras, quantū in me erit, vin
cere, ac superare conabor, ac summa cura, atq. diligentia, qua in me, rec

* Panegyricus Raphaelis
Cyllenij Tulmetini

tè instituendo usus es, minime interijsse videatur; Teq. certissimum
semper auctorē habebo, cujus vestigia sequar, et observem. Quid est enim,
quod ad artiū ingenuarū præclaram intelligentiā, atq. cognitionē pertine
at, quod in te, oī ex parte perfectū, non reperiatur? Mittam prudentiam,
mittā temperantiam; quod rariss. exemplies, cum summa integritate
vitæ conjunctā, mittam, dico, hæc omnia, Cylleni doctissime, quæ in te ita
elucent, ut quæ honoris, ac dignitatis præmia virtuti proposita sunt, ea tu
nunc omnia facillimè consecutus esse videaris; quo fit, ut te virum
immortalitate dignissimū, et ad alendā latinæ linguæ elegantiā utilis
simū esse judicem. Te Tulmetini adolescentes si sequentur ducem, tuaq.
scripta dies, noctesq. in manibus habebunt, summū bonū, quod, uta viris tra
ditur sapientissimis, in virtute positū est, adipiscentur. Quid quæris? multa
prætereo consulto, quæ occurrunt mihi de tuis laudibus. Nemo etenim tanta
ubertate ingenij, tanta dicendi copia præditus, qui te ita laudare posit, ut
non semper, cum multa dixerit, plurima tamen dicenda n. relinquantur.
Velim modo me observantē tui, tuaq. in laude defixū existimes, quod cū

se dede:

se dederit occasio, facile cognosces.

Pestilentia, quae superioribus diebus per totam urbem dispersa grassabatur, nunc Deorum benignitate prorsus sublata videtur, quod hominum animos hujusmodi de causa perculsos, ac perterrefactos non mediocriter recreavit. Vale, et Nicolao tuo plurimam meis verbis salutem &.

Venetijs. XV. Kal. januarij. MDLXXV.

Epla caracteris Tranquilli Liliani Jo. Bapta Lil.o nepoti.

Jo. Bapta Lilianus &. et versa paginam

Cum mortalium vita morti procul dubio addicta, et proposita sit, cumq. divitiarum dulcedo propter titubantis fortunae instabilitatem instabilis, Regum Romanorum exemplo esse videatur, ego lacessitus desiderio tuae Matris, quae maximam futurae senectutis spem in te unico collocavit; mihi maximam necessitatem injunctam esse reor, ex ejus obsequi voluntatibus amplectendis, et quod possum tibi declarare, nihil apud homines, legitimis moribus educatos, egregius reperiri, quam illorum bonorum firmas, et amandas possessio, quae licet totus illabatur orbis dominum nulla temporum varietate aliquando mutant; sed potius molliunt miserias, doloresq. quorum aggrevat vulgus infamis abjicitanimum. Quid amabo pulchrius esse potest, quam in ea dote, quas brutis animantibus summi Rerum Conditoris gratia excellimus, caeteris hominibus praestare? Igitur assidua cura, tu literarum studijs a tenerris ungiculis deditus, da operam; quasi sitim diuturnam explere gestiens; sed maternis annuens jussis, nulla interposita mora, nihil in venturas horas differendo, hujusmodi bona amplectaris ita, ut nec grandinem, nec ventorum furiis, nec Thracio furore, nec annorum vetustate pertimescas, sed Lethaeas fugiens oblivionis undas, Praeceptoris vestigia laudabiliter secutus nomen aeternae famae, et immortalitati commendes. Non me latet (si qua Sacello est adhibenda fides) quod natura et sponte ad praeclara facinora te semper a puero incitatum ostendisti, et virtute aetatem, ingenio tempora vicisti; unde mihi planè perspicuum est, quod equo currenti calcar addo, dum te juvenem corona decoratum non parvi momenti, ad haec invito convivia, quorum cito te pascere consuesti. Sic verbis meis finem imponam, abs te expetens, ut mea praecepta amplexus, illud dictum in memoriam revoces; scilicet non minus egregiam rem esse larga manu praeciosa largiri munera, quam parva pauperis amici hilari accipere fronte. Lege, Joannes Bapta, lege, quaeso, hanc quamvis rudem epistolam, quam non aspernatus, perpetuum pignus amoris tuorum existimabis. Nam sic matrem voti compotem fieri, patriam litus collustrare, familiam exornare, inimicis dolorem afferre intolerabilem, praeceptori decus, et amicis laetitiam, eximiamq. tradere voluptatem, Tibi feliciter, et facile licebit. Vale.

A M.[co] Gioan Battista Liliano Scolare in Padova Nipote Carissimo.

Carissimo Nipote.

Io accetto tua scusa, poichè è così in vero, come tu scrivi. Quanto poi che si sij ridutto in Padoa per studiare, ciò molto mi piace, e prego Dio, che perseveri in questa bona opinione; ma conoscendo io, che la fermezza è poca, et molti sono li disviati, e che cercano di disviare li altri dalla loro bona, et santa opinione, io dubito molto; Pur chi vuole vince. Et se starai saldo nel tuo parere, a te tornerà l'utile, et l'honore insieme; Et mi rendo sicuro, che se considerarai il tuo stato, vinto dalla vergogna, et dal desio di ricuperare il tempo già speso in darno, ti darai tutto tutto al studio, che questo solo, poichè sei nel età di XXj anno, ti può portar gloria et honore. Circa l'ajuto ho dato ordine, che li frutti della mia prebenda Canonicale, quali ponno importar circa duc.ti 50. siano convertiti a beneficio tuo, et a questo fine mentre starai in studio; del resto bisogna, che tua Madre ti ajuti, et tuo fr.llo insieme; Che più non posso per esser carico di fameglia, et di molti gravami, che io non starò a dirti. Ne altro; il S.r Dio da mal ti guardi.

Da Gorizia li. 28. di Xbre del. 1577.

Tranquillo Liliano tuo Zio

Tranquilli Liliani
Ad D. Jo.em Mariam Tusser can.cum Civit.se

Tusser candide, pervenuste, amate,
unum quem petit oium puella;
Quid tecum reputas scelus scelestum,
In te si lepidè jacet lapillos?
Isthaec qua nimis uritur misella,
Ne dirum fore suspiceris omen,
His nam delicias facit lapillis &
omitto versus. 37. sequentes, quos mitterem, si ...

Jo.is Baptae Paulonij Mansion.ri Civit.s
A D. Tranquillum Lilianum

Accipe de sicco manantia carmina fonte,
Tranquille, invito parta quidem ingenio.
Parta quidem ingenio, et renuente Thalia
Sed tua, quae scribo, scribere Musa facit.
Ipsa facit me nunc Vatem, non Musa Maronis,
Ac inde assiduè comoda multa traho.
Ergo bonum accipias aium; non munera parva,
Meq; tuum serva Mancipium, atq; Vale.

Jo.i Baptae amicorum optimo Lilianus.

Saepe licet sicco fugiant e fonte Camoenae,
Et parvi fructus sit quoq; siccus ager.
Attamen et fontes crescunt pluvialibus Austris,
Et bene dum colitur fertilior fit ager.
Itaq;

Itaq; quae rudis visa, indigestaq; moles
Saepe laborantis cultior arte fuit.
Sive meis igitur Musis tua Musa juvatur,
Seu magis ingenio est ingenitosa tuo.
Si labor assiduus, si cura accesserit ulla,
Ingenij fiet vena benigna magis.
Marmora nam vidi, praeruptaq; saxa cavari
Humore exiguo, dum cadit ille frequens.
Macte igitur virtute, novis jam stare triumphis
Perge, nec inceptum detere lentus iter.
Quin contra anfractus fortunae ardentior ito
Nec demitte aium, sed mage siste tuum.
Nam tua Julaeis volitatur gloria campis,
Et feries axes vertice sydereos.

LVCIANI ORIPHILI
Ad Tranquillum Lilianum.

Quid tibi pro tantis meritis nunc reddet amicus?
Candidior pura, docte Poeta, nive.
Hoc reddet, quod cum labe de corde valebis,
Tunc animae poterit non memor esse tuae.